

Johann Cothmann

**Programma Disputationi Solemni Theologicae quam Reverendus Ac
Praestantissimus Candidatus Dn. Thomas Lindemannus SS. Theologiae
Professor Designatus Pro supremo in Theologia honoris gradu consequendo
proponet**

Rostochi[i]: Pedanus, 1635

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn739731394>

Druck Freier  Zugang



1635




① Programma
② Vert. Th. Lindenmaier
Praes.: J. Cothmann

AD
16

21. IX. X. 1712

THOMAS
ANNUS
1712




~~XXVI.~~ 15.

PROGRAMMA
Disputationi Solemni Theologicæ

quam
REVERENDUS AC PRÆSTANTISSIMUS
CANDIDATUS

D^N. THOMAS
LINDEMANNUS
SS. THEOLOGIÆ PROFES-
SOR DESIGNATUS

*Pro supremo in Theologia honoris gradu
consequendo proponet, pro more adjunctum
& publicarum*



à

JOHANNES COTHMANNUS
S. S. TH. D. & PROFESSORE AC
p. t. DECANO



ROSTOCHI,
Litteris JOACHIMI PEDANI, Acad Typ.
ANNO M. DC. XXXV.

1035

DECANUS
COLLEGIUM
RECTOR

THOMAS
LINDEMANNUS
S. THEOLOGICAE PROFES-
SOR DESIGNATUS



JOHANNES
S. THEOLOGICAE PROFES-
SOR

ROSTOCK

LITERIS JOACHIMI PEDANI, ACADEMIAE
ANNO M. DC. XXXV.



DECANUS

Collegii Theologici Academiae
Rostochiensis

JOHANNES COTHMAN S. S.
Theologiae Doctor & Professor



E summo hominis bono
non una omnium est sententia:
diversos enim diversa juvant, nec
voto vivitur uno; adeo ut & hic
verum sit quod poeta ait:

*Tres mihi conviva propè dissentire videntur
Poscentes vario multum diversa palato
Quid dem? quid non dem? renuis tu, quid jubet
alter.*

Voluptuosus quodnam summum bonum quaerit, voluptatem cum Epicuro ejusque complacitis illud esse respondet. Quæstuosus divitias, ambitiosus honores, contemplativus variarum rerum speculationes, summum bonum affirmabit; ita suum cuique pulcrum. Nos queis meliore luto finxit præcordia Titan, bona omnia in Deo quaerimus. Verè enim Bernh. inquit:

A 2

quod-

quodcunq; bonum cupis, quodcunq; pulchrum
quæris, quodcunq; dulce & delectabile requiris,
totum in ipso invenies, & in ipso perfruêris.
Cæterum quamvis inter illos qui Christiani
audiunt fixa hæc sit sententia: in Deo ejusq; de
vita æterna promissionibus certissimis adque-
scendum esse; non uno tamen modo ad metam
illam collimant. Nonnulli illorum nimis
præsumptuosi, gratiam à Deo promissam tam
certam & immutabilem esse affirmant, ut verâ
fide donatus, eandem nunquam amittere pos-
sit; & quamvis fides decrementû accipere queat
ac deliquium quasi pati, sicut ratio in ebrijs &
infantibus ad tempus sopitur; nunquam tamẽ
eam penitus excuti posse, & illi in excelsu pec-
cant. Alij in defectu errantes divinarû promif-
sionum certitudinem, quantum quidem in se
est, enervare satagunt, conceptis verbis asseren-
tes, non posse homines in hac vita habere cer-
titudinem fidei de sua justitia, ijs exceptis qui-
bus Deus speciali revelatione hoc indicare di-
gnetur. Imo Costerus in Enchiridio contro-
versiarum eò audaciæ progressus, affirmare non
dubitat, Christianum, peccata sibi esse remis-
sa, se justificatum, sibi præparatam salutem æ-
ternam, se regni cœlestis hereditatem aditu-
rum,

-boup

s A

rum,

rum, certâ fide non tenere, cum doctrîna Ca-
tholica (censente Costero) habeat, nihil horum
ad fidem pertinere. Ab illis sive prioris, sive po-
sterioris clâssis authoribus nos sejungentes, ho-
minē Christianum absolutissimo Christi *λύτρον* &
gratuitis Dei promissionib. innitentē, inq̄; stu-
dio ac stadio pietatis sedulò currentem, nec pec-
catis contra conscientîâ studentem; sed præviâ
Apostoli admonitione, salutem suam *μετ' φόβου καὶ
τρέφης* operantem, gratiæ divinæ certissimum
esse posse, imo debere affirmamus. Quamvis
enim in hac summa infirmitate, varijs tenta-
tionum procellis quandoq̄; concutiamur, a-
deo ut de fide ac fiducia sæpe numero actum es-
se videatur; non tamen succumbendum, sed
potius cum Apostolis: *adauge nobis fidem: sive*
Lunatici patre: Succurre incredulitati meæ;
devotè & indefinenter orandum, de certâ pre-
cum juxta Dei voluntatem fusarum exauditio-
ne, nil quicquam dubitantes; hanc enim habe-
mus *παρηγορίαν*, quod si quid juxta Dei volunta-
tem petierimus, certò exaudit nos; & omnia
(voluntati divinæ consona) quæcunq̄; petieri-
mus credentes accipiemus: Sicut os veritatis i-
pse Christus nobis promittit, cujus, utpote men-
tiri

tiri nescij, promissiones certæ & indubitatae sunt
veritatis. Et hæc de salutis certitudine materia
usq; adeo gravis & sublimis est, ut non immeri-
to subinde inculcanda, & ab adversariorum
strophis ac depravationibus masculè vindican-
da sit. Hanc materiae hujus dignitatem & excel-
lentiam piè in timere Domini expendens Fa-
cultas nostra, statuit eandem Reverendo & Præ-
stantissimo Dn. Candidato, Thomæ Lindeman-
no S.S. Th. de signato Acad. nostræ professori,
pro summo in Theologia honoris gradu obtinē-
do, publicè proponendam injungere; quamvis
enim Candidatus noster suos in Theologia ac
linguis profectus laudabiles, quos non solum
hic in Academia patria, sed & exteris Univer-
sitatibus utpote: Wittebergenfi, Lipsensfi, Grö-
ningenfi, Lugdunensfi, Oxoniensfi acquisivit, in
examine privato demonstraverit; quia tamen
vetere ab Antecessoribus nostris ad nos trans-
lata consuetudine approbatum est, ut non solū
privatim Candidati examinentur, sed & publi-
cè ac solenniter, in eorum profectus inquiratur;
Scire namq; tuum nihil est, nisi te scire hoc sci-
at alter. Hujus igitur consuetudinis memores,
Candidatum nostrum publicè examinandum
sistimus: non enim Wegelium imitati, in The-
ologiae

ologiae discipulo hoc requirimus, ut ab omni
argumentatione ac disputatione in Universum
abstineat; siquidem disputando amittatur non
apprehendatur veritas, studiumq; Theologiae
impediatur & ineptissimus quisq; fiat ad acqui-
rendam scientiam Theologicam. Novimus
potius, experientia edocti, sobrias ejusmodi &
modestas collationes multum utilitatis affer-
re, ut non immerito Dn. D. Franzius in praefat.
Tractatus Theologici de Interpretatione Scri-
pturae de se ipso fateatur, quod nunquam plus
didicerit quam sub suis disputationibus. Post-
quam vero huic actui solemni dies 3. Aprilis di-
ctus est, ideo quo par est studio ac diligentia ro-
gamus Magnificum Academiae nostrae Rectorem,
Consultissimos Experientissimos & Clarissi-
mos Dnn. Professores, Caeterosq; Doctores,
Reverendos verbi divini ministros Scholae tri-
vialis collegas, ac liberalium artium Magistros,
aliosq; Theologiae alumnos, omnesq; adeo do-
ctos & eruditos, ut loco ac tempore disputatio-
ni, horis ante & pomeridianis habendae, praescri-
pto, non auditum aut spectatum solum confertim
confluant: sed & pro sua singuli conditione, quantum
temporis ratio admittet, in Reverendi Domini
Candidati Theses de materia gravi & ardua
Con-


Conscripras inquirant, eaq; ratione nos & rotū
augustissimum auditorium erudiant. Non
solum id erit nobis gratissimum & Facultati
nostræ honorificum, sed & nos id agemus sedu-
lò, ut reddere omnibus & singulis nostra
constent studia & officia promptissima.
Deus Ter sanctus conatibus nostris pijs ex alto
benedicat, nosq; omnes & singulos ita Salutis
nostræ certos reddat, ut quod hisce in terris pos-
sedimus sperantes: id aliquando summo gaudio
tripudiantes, actu ipso habeamus, Deumq; à facie
ad faciem in altera vita: ubi Deus erit omnia
in omnibus, inruemur.

P. P. Rostoch. Sub Facultatis Theologicae
Sigillo XXIX, Mart. ANNO M. DC. XXXV.



Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]





meus vivit. Sic David Psal. 118. 17. Non mor-
& narrabo opera Domini. Nec aliter Pa-
Vid. supr. Thes. 53. & 54.

XCVIII. Tertium cuditur argumentum ex
bus ex parte nostrâ, variâ requiruntur c-
firmitatem hujus certitudinis, quas incer-
pleamus. Deut. 4. 29. Cum quaesieris Dominum
ramen in toto corde quaesieris eum. 2. Par. 6. Si
ad te in toto corde suo, exaudies de caelo, & dimitte-
Ezech. 18. Si impius poenitentiam egerit, vitâ v-
Si credis ex toto corde, licet.

XCIX. Resp. Certi esse possumus de Con-
pletione verâ, seriâ & sincera absq; hypo-
non de perfectâ. & omnibus numeris absol-
ficis; & defectus, qui carnis nostrâ imbecillitati
sur perfectissimâ Christi obedientiâ, & sic condona-
autem poenitentiam & fidem veram depre-
effectis & signis certissimis, e. g. Verbi & Sacra-
ferio honorum operum studio, luctâ cum infidelitate
cum reliquis carnis. Gal. 5. 24. gratiâ divinâ deside-
terno testimonio, &c. Quin imò Fidei veræ hæc quæ-
tio videtur esse, ut ita in seipsam reflectatur, creden-
dû actu credit, simul credat & sentiat se credere. Et
parte cum intellectione. Quemadmodum enim illi
Recta, quâ omnia alia extra nos intelligimus
quâ intelligimus, nos intelligere. Ita quoque
stiani consideranda venit, ut sit & recta, quâ credunt
in Scripturis sacris revelata & reflexa, quâ fides ip-
ditur. Et hoc ultimum exemplum de Æthio-
tissimè in adversarium torquetur. Quærenti enim
datne toto corde: respondet fiducia liter, cred

F 2

